Index

1. Balugola, Achilles, Anni 1566 Conversionis contemplatio, in qua praeter lunares conversiones seorsum traditas, habentur etiam aeris mutationes, pharmaciae et phlebotomiae exercendae occasiones etc. —
2. Horky, Martinus, Quatuor problematum contra nuntium siderum et confutatio per Joannem Vuoddershornium Scotobritannum. —
3. Roffeni, Joan. Ant., Pronosticon ad annum Dom. 1614 additis laudibus et responsionibus adversus verae Astrologiae calumniatores. —
4. = Discorso astrologico delle mutationi de' tempi ed altri accidenti dell'anno 1625. —
5. Zobili, Alfonso, Discorso astrologico delle mutazioni de' tempi, e de' più notabili accidenti sopra l'anno 1615. —
6. = Discorso Astrologico sulle mutazioni dell'aere e varii accidenti che possono accadere nell'anno 1622.
7. Ghirardelli, Cornelio, Osservazioni astrologiche. —
   = Discorso ovvero considerazione sopra la notabile ecclissi del Sole ch'ebbe luogo l'anno 1621. —
8. Manenti, Franc. Delibesationi astronomiche perpetue etc.
9. Montanarii, Geminiani, Cometes Bononiae observatus anno 1664 et 1665. Astronomicophysica dissertatio. —
10. Antonio Carnevale, Discorso astrologico, Gli arcani delle stelle. —
11. = Gli arcani delle stelle intorno a' più notabili eventi nelle cose del mondo. per l'anno 1675. —
12. = Idem per l'anno 1676. Bisestile,
13. Sprengeri Theod. Succinta praxis et usus Globi celestis et terrestris. —
14. Rondelli, Gemin., Urania custode del tempo. —
15. Marsigli, Luig. Ferd., Osservazione, estesa da Eustachio Manfredi Descrizione di alcune macchie scoperte nel sole. —

16. Achilli (Gio Battas) Specolazione fisica. —
17. Ravinae Petri – Fax seu Lampas volans magnum meteoron visum post occasum solis diei 31 Martii 1676 epistolica dissertatio. — — —

ANNI 1566. CONVERSIONIS CONTEMPLATIO.

REVER. ET ILL. EPISCOPO
D. IOANNI BAPTISTAE CAMPEG.
BENIGNITATE. AC PIETATE
CLARISSIMO DICATA.

IN QVA PRAETER LVNARES CONVERSIONES SEorsum tradditas, habentur Aeris mutationes, Pharmaciae, & Phlebotomiae exercendae occasiones. Crisium euentus. Seminum iactus, arborum, ac uinearum cultus. Et communis ad Deum mentis Inuitatio.

Quam D. Achilles Balugula Artium, & Medicinae Doctor, & Eques sub Bonon. Meridiano fidelissime contextam in Medicorum, & omnium utilitatem edendam curauit.

Venia à Superioribus concessa.



BONONIAE,
Apud Alexandrum Benaccium.
MDLXV.

15

REVERENDISS. ET ILLVS. EPIS.

D. Ioanni Baptistæ Campegio.

Achilles Ballug. S. P. D.

Qvamuis Præsul amplißime perarduum negotium, atq; undequaq; difficultatis plenum mihi susceptum esse animaduertam, uidelicet Anni huiusce Reuolutionem paulo exquisitius explorandam, Si etenim ex duabus illis Astronomiæ diuinatricis partibus, quarum altera uniuersa magis, altera uerò in parte, quæ eadem in plures partes est distributa, aliqua difficilis, & perobscura censeatur. quæ quidem omnes huiuscemodi sunt, nec cuiusuis ingenio amplexandæ, illa profecto quæ in Annorum mundi Reuolutionibus uersatur, cum adeo multiplex sit, totq; ac tanta rerum capita complectatur, difficilis maxime est iudicanda. Tamen quod Dei Optimi Maximi ope in hoc suscepto negotio (in eo enim uersamur, quod totum in Dei uoluntate potius, quam astrorum uarietate positum esse certò affirmare debeamus) & quantulacumq; studiorum meorum exercitatione consequi potui, id totum non iudicandi, sed potius ad D E V M *agnoscendum, colendumq; excitandi gratia nunc traddendum existimaui. Atq; hunc quantulumcunq; ingenij, laborumq; meorum fructú tibi P. amplißime unice deberi iure mihi persuasi. Tui etenim nominis claritas, tuarumq; laudum apud optimos quosq; celebritas adeò acribus me stimulis excitauit, ut uitam mihi omnino acerbam fore duxerim, nisi prorsus id agere studerem, quo uidelicet inter eos haberer, et essem, quibus liceret, quæ tua est sanctitas, insignisq; pietas, sibi tantum assumere, ut tua lucis claritate me illustratum perciperent, & tu Pater amplißime nonnullam ex studiis meis oblectationem quandoq; cæpisse uidearis. Vale.*

IN QVA EX ASTRONOMORVM SENTENTIA EA RERVM EVENTA PRINCIPALIORA SVNT

traddita, quæ in hac annua Solis à CHRISTO nato 1566. conuersione per cœlestium concursus D. O. M. significanda uideantur, quo uidelicet illius Maiestati toto animo, omniq; studio ommiß. delitijs, ac huius műdi illecebris inseruiamus. Sic etenim quæ Vitæ, atq; Animæ nostræ salutaria sunt bona ab illo consequemur, omniaq; malorum genera pro eius benignitate effugiemus.

OPTIME *quidem id mihi à Mathematicis monitum esse uidetur, quod etiam Naturales Philosophi, si rectè senserint, minime negabunt. Quod hæc tantum Elementa uidelicet, et quæ ex eis constant, uel quid ex eorum natura illis commune quoquo modo sunt sortita, Cœlo, quod τὸ κρέιττον Ptolemæus, seu nos cœli numen appellemus, ita subiacere, ac cœlestium alternas commotiones accipere, ut quæ hic fiunt omnia, & mouentur eorum instituta, & quasi leges à Deo Cœlestibus illis intelligentiis, quo uarias rerum species, ac dotes hisce rebus singulis impartirent, impositas persequantur. Idq; semper hoc miro ordine, dum Deus uoluerit, ueluti filum deductum in secula protrahi, nisi profectò ab aliqua potiori causa, ne id fiat, fuerit impeditum. Quod ipsum Deus omnipotens, qui sicuti hæc omnia facit, & instituit eadem etiam mutare potest, & Mens nostra, quæ cœlestium alterationibus nullatenus est subiecta, sed illis tanquam Imperatrix singulari quadam potestate dominatur, præstare potest, ita ut quiuis possit sibi ipsi præter id, quod in Cœlorum potestate, uelut ordinata euentorum series statutum est, quod Philosophi aliqui fatum nominandum crediderunt, mortem consciscere, nec non qui malum præuiderit, sæpius illud effugere. Quamobrem hinc homines prudentiores effecti fructum maximum perceperint, quod uidelicet cum ea, quæ acerba, & grauia euentura ab astris portendi dicuntur, prouiderint, præterquamquod si prudentes ac constantes uiri fuerint, minus affligentur, uerum eninuero ea consilio, ac ratione sæpius auerterint, & quod omnium maximum est, Deo, qui solus maxime potens astrorum euentus precibus nostris immutaret facilime, & optime, magis confiderent. hæc enim ex ueterum sententia, qui diuturna astrorum, obseruatione huiusmodi inuenta tradiderunt, eo animo sunt recitanda, ut quiuis ea aliter esse, uel fieri posse existimet, & quo Deum ipsum, cuius immensa potestas, summaq; prouidentia per hæc splendidissima corpora, quæ assidua rotatione lumen importando, idq; deinceps innouando fugatis tenebris lucem, ac uitam uiuentibus distribuunt, omnium maxime significatur, maiorem in modum uenerentur. Item bonis à cœlo promissis, quemadmodum optimus agricola arando, expurgandoq; naturæ confert, adiumenti plurimum afferent, eaq; citius, ac leuius assequentur. Sed iam ad susceptum munus redeo, quod quidem non simplici intelligentia, ac ratione haberi potest, sed potius non nisi mentis diuinitate quadam præstari optime licet, quæ sane cum à Deo tota; illa ternario personarum numero comprehensa natura tantum modo diuino quodam luminis mentem nostram illustrantis auxilio haberi possit, propterea id diuinum,*

& supremum Numen inuoco, ut mihi, quantum integerrimo sanctæ Ecclesiæ filio liceat, de re tanta scripturo potius, quã indicaturo sublata omni intellectus caligine, eum ita illustret, ut quæ in hac re proposita uera sunt, ad eiusdem gloriam consequar, & attingam. Ea autem, quæ ex Veterum sententia colligimus, sunt, quænam Gentibus, Regibus, et Ciuitatibus uniuersa magis per astra Deo uolente euentura credantur, ijs in præsenti prætermissis, quæ singulas Vrbium genituras, uel Regum ortus, uel cum principatum in Ciuitate obtinuerunt, consequuntur. Aeris mutationes, Venti, serenitates, Pluuiæ, et Tẽpestates. Frugum prouentus, uel Inopia, Salubritas, uel pestilentia. Morborum genera. Terræmotus, diluuia, Bella, Inundationes, & quæ in aere generantur, Ignes, fulmina, radij, & Cometæ & quæ huius generis Deus ipse per stellarum motus ad homines instituendos fieri permittit.

Siquidem Ptolemæo, cæterisq; sapientibus, qui principatuum, Regnorum, eorumq; omnium, quæ mundo noua sunt euentura, mutationes ex illarum tot planetarum Coniunctionum numero, quas omnes à Ptolemæo in L. aphorismo centum, & uiginti esse proditum est, potissimum autem Saturni, & Iouis, quas potissimas, ac primarias corporeas causas eorum, quæ hic in corporeis fiunt, à Deo positas esse censuerunt, coniunctione præsciri posse scriptum reliquerunt, credendum uideatur. Tres illæ Saturni, ac Iouis coniunctiones paulo ante, altera in leone signo magni orbis imperioso, dum essent directi, dumq; retrogradi, bis repetita, illaq; altera, quam Mediã dixerunt, in triplicitate aquea, in Cancro uidelicet, quem ex quatuor mundi signis cardinalibus, totius mundi signum excellentia quadam appellarunt, in nona cœli parte celebrata, cum gradus uidelicet Coniunctionis Mediæ ad alterius locum bis occupandum peruenerit, Regnorum, ac Principum mutationem aliquam portenderet, atq; eam maxime, quantum in hac re coniectura assequi liceat, ut uidelicet illi plures, quibus hactenus Satanas falsitatis uelamine, tenebrisq; mentem obcæcarat, repentino quodam lumine ueritatis eandem, quod Deus optimus, maximus faxit, illustrati, ac recta ratione ducti ad Christianam fidem conuertantur. Atqui ex eorumdem planetarum coniunctione, quod ipsum, & quatuor cœli cardines in Anni conuersione à mobilibus signis occupati significare existimantur, Principum, ac potentum uirorum mutationes, peregrinationesq; multæ, ac laboriosæ portendi dicuntur. Deinceps quoniam, Mars ipse occiduus ex angulo occidentis, cui dominatur in nona cœli sede collocatus, uersus altiorem cœli cardinem in signo humano in superiori Eccentrici medietate positus eleuatur, bellum, ac terrorem multo tamen maiorem; quàm sanguinis effusionem, cum sic fuerit positus ex occid. partibus, quod solus Deus, qui pro ipsius erga nos benignitate nouit hæc omnia ĩ melius uertere, si bonis operibus eius gratiam promæreri studere pergamus, perfecte nouit, excitaturũ ueteres illi astrorũ cognitionis studiosissimi existimarunt. Adhuc Mars idem in Leone æstiuo tempore cum Saturno iungendus propter aliquas calidiores, siccioresq; exhalationes à Saturni frigida stella condensandas, Traiectiones, uel cometas, uel quid aliud igneum in aere generandum prænunciat. Ex quo & Venti, qui eiusdem sunt naturæ uehemẽtes, pluresq; australes, quod ipsum Mars in Reuolutionis principio in merid. parte constitutus significarat, sint staturi, ac ingentes tempestates, multaq; fulmina e nubibus sint eruptura. Hinc inde etiam hominum furores multi, ac scelera, ex quo plures suspendantur, locorum incendia, deprædationesq;, ubi Leonis trigonus dominatur, in uniuersum autem Terræ sterilitates, siquid in hac scientia certi haberi potest, significari uiderentur. Quamobrem præter Almansoris sententiam, quæ scilicet est huiusmodi, cum

dominu s

dominus primi cæli Saturnus uidelicet in signis fixis fuerit collocatus, pestilentiam, & annonæ caritatem faciet, hoc ipsum sapientes experti sunt, quoniam fruges ipse præ nimio calore, atq; immatura siccitate (quod præuideri potest) sterilescent, modica annonæ copia expectanda esse putatur. Id uero, uiatores, nautæ, mercatoresq; caueant. Itinera tum propter latrones, ac piratas, tum propter bellum, tum pestilentiæ metum, quod ex astrorum disciplina conijci potest, infausta præmoneri. Deinceps Saturnus ipse in Leonis posteriori parte collocatus propediem Virginem terreum signum ingressurus, radiosq; infaustos in eam Cœli partem cadentem, quam Taurus terreum signum occupauit, proijciens aliquas terræ concussiones ex Veterum sententia, qui hoc multocies sunt experti, in illis Italiæ regionibus, quibus Taurus, ac Virgo dominatur, ex igneo potiusquam aereo halitu in terræ uisceribus propter æstus ingentes, et uehementes siccitates, quæ futuræ portendi uidentur, conculcato præmonstrare uidetur. Qui idem cũ Augusti mense cũ Marte, et Mercurio in Virgine sit alligãdus, ut à ueteribus proditũ fuisse comperio, ne locustæ, uermes ue alii, quibus terræ fructus pereant, aliquas Italiæ regiones deuastent uerendum esset. Sol autem ipse, cui inter cæteros planetas Regis significatio à sapientibus illis tributa est, in Martis domo, in sexta uidelicet in hac Annua conuersione deprehensus id portenderet, si qua Astronomicæ disciplinæ fides est adhibenda, quod Rex, aut Princeps aliquis maximus, aut ex bello patietur, aut grauiter ægrotabit, quod Deus ipse, qui solus omnes rerum causas tenet, optime nouit. Post uero Luna, cui ex singulorum planetarum ad ministrationis numero extremæ huius magni orbis conuersionis, nec non medij cæli in Reuolutione dominium tributum est, tum in secunda, tum in nona cæli parte in Scorpio, & Virgine à quadratis, infaustisq, Martis, ac Saturni radijs impedita, ne pericula multa, grauesq; calamitates tum ex bello, tum fame, tum depredationibus, atq; ex interitu octauæ domino opposita afferat, dubitari posset. multiq; ueneno aliquo seu extrinsecus dolose exhibito, siue intrinsecus adgenito morituri significari putantur. Aquæ uere, & Autumno magis augebuntur. Mareq; magis quam solitum sit, turbandum creditur, unde nauium submersionis pericula multum sint uerenda. Aeris alterationes, cum in trina anni quadratura quatuor cæli cardines à mobilibus signis obtineantur, multæ, ac uariæ significantur, & potissimum in æquinoctijs, quæ eadem humidiora, ac pestilentiora erunt propter malam lunæ, & aliorum planetarum in æquinoctijs qualitatem. Veris extremum siccius, & calidius erit, Aestas autem tota siccissima, ac potissimum quando Mars in eodem leonis gradu cum Saturno fuerit iunctus præter malorum genera, quæ malefica stellæ iunctæ tum in hominum animis, tum singulis corporibus uim generandi habere ab ijs, qui huiusce scientiæ dogmata ut cunq; tradiderunt, creduntur, Aer fiet calidissimus, æstus maximi, ac diuturni, quibus homines multum uexabuntur. Iupiter tamen, cuius clementia quæ sunt extrema temperantur tunc in septentrionali parte in alato signo constitutus, eos per uentos aliquot boreales, & Ethesias refrigerabit. Item solstitium hybernum frigidissimum, ac siccius erit, quandoquidem planetæ in frigidiori, ac sicciori cæli parte sunt collocati.

Iam uero Anni, qui totus (ut absolute dicam) tumultuum ubertatem, & commotionum uarietatem præ se ferre uidetur, qualitas quænam, an salubris, pestilensue futura uideatur, perquiramus. Multis profecto rationibus mouemur, tum quia Saturnum in radice, ut astronomice loquar, à Præuentionis proximæ gradu accepta, in octaua domo collocatum animaduertimus, tum etiam Planetam; qui Ascendentis, ac Reuolutionis anni totius dominium, sibi uendicauit in loco declinante, in octaua uidelicet cæli parte,

qui

qui cum huiusmodi fuerit, morbos plures, ac repentinas mortes significare dixerunt à Saturni malefice stelle quadratis, infaustisque radiis, cum cauda Draconis ibidem, quæ cum huiusmodi fuerit, famem, frigus, & pestilentiam futuram esse à Veteribus proditum est, impeditum, tum lunam ab eadem malefica stella in secunda cœli parte, quæ à morbifero, ac uenenoso signo scorpione est occupata, afflictatam, tum illam tot planetarum in æquinoctio autumnali in sexta cœli mansione ab aereo signo Libra uidelicet, quæ ex animalis h umoribus sanguini, ut Veteres sunt opinati, quod & Medici ipsi frequenter sunt experti, dominatur, oppressa, nimirum Solis, Lunæ, Iouis, Martis, & Mercurij, cum Saturnus & ipse morborum author ibidem esset collocatus, Coniunctionem, Itemq; Lunæ Ecclipses, eam scilicet quæ superiori anno in Tauro, & hoc anno ad extremam Octobris partem in eodem signo, & quod magis est in ipso Ascendentis signi gradu, dum Sol in Scorpione in Occidentis angulo erit constitutus, denuo est repetenda, perlustramus, ita monemur inquam, ut propter sanguinis putredinem ab ingenti causa productam pestilentiam Autumni tempore futuram esse, quod Deus auertat, & pecorum interitum metuamus. eo tempore Cœlum rubebit, quod ut illi sapientes obseruarunt, signum erit hominum ægritudinis, uel quod aliqui addunt, sanguinis effusionis. Mulieres potissimum, quoniam sunt naturæ debilioris, pluraq; superflua generant, facile morti obnoxiæ fore uidebuntur. Ex altera uero parte licet in Ecclipsi lunæ Venus, ac Iupiter beneficæ stellæ in sexta coniungantur, Veruntamen quoniam Venus ipsa in Anni Reuolutione à Saturni infaustis radiis fuerat impedita, Iupiter uero dum luna fuerat obscurata, octauæ cœli partis, dominium obtinuerat, cum hisce rationibus huiusmodi stellæ male affectæ uideantur, quarum profecto cum ea natura esse existimetur, ut bonum rei cuiusq; finem semper efficiant, pestilentiam quidem omnino non remouebunt, id tamen boni, ni fallor, quod Deus faxit, efficietur, quod multi & ipsius Dei ope, ac Medicorum solertia curabuntur, atq; euadent. Postremo reliquum est, ut ægritudines, quas præcipuas futuras esse deprahendere possumus, ut scilicet Medici, ad quorum utilitatem hoc negotium nobis potissimum est susceptum, ad eas melius curandas accingantur, indicemus. In prima itaq; Anni quarta; quoniam humidior, ac morbosior futura portenditur, præter alias rationes, quas plures breuitatis gratia in præsenti prætermitto, febres acutas, atq; pernitiosas, ophthalmias, pustulas saniosas, quartanas, pleuritides, anginas, & tonsillarum inflammationes permultas in mulieribus præsertim, quæ eædem multæ morti erunt obnoxiæ, fieri timendū uidetur. In secunda Anni quadratura sicut febres acutæ multæ ardentes, quas græci καύσους appellant, ex acutissima cholera quæ facile aduratur, & in melancoliā transeat, plures tamen per sanguinis, & alui fluxum atq; alia crisium genera bene iudicabuntur, cardialgiæ, ac animi deliquia, et quæ græcè σύγκοπαι dicuntur, plures, ac ualde periculosæ. Tertiam Anni quartam propter rationes superius allatas morborum contagione uberem futuram esse omnino suspicari cogimur. In quarta Anni quadratura rheumata acria, quæ fauces pulmonesq; exulcerent nephritides, & coxendicum dolores sunt expectandi.

Gentes autem Regiones, & Italiæ Ciuitates, quæ has calamitates, & euenta acerba magis accepturæ uidentur, sunt quæ Geminis, Leoni, Libræ, Tauro, & Scorpioni sunt obnoxiæ. Ex quibus omnibus, quæ Geminis, & Leonis sunt subiectæ, ex bello, incencendiis, sterilitate, & depredationibus, quæ uero libræ ac Tauro ex pestilentia potius grauiores miserias perpassuræ existimari possent. ni Deus ipse, cuius maxima est misericordia, atq; benignitas aliter ea disposuerit. quod ut agat iam nostrum erit supplices

tendentes

precariq; ut nobis, quæ ipsius erga nos est benignitas, & in parcendo facilitas, omnia fauste, feliciter, prospereq; eueniant. Verum enimuero hæc sunt, quæ in uniuersum non temere, quod pluribus accidit, sed ratione ductus Mathematicorum more, quo ijs prodessem, qui recte senserint, pro mea uirili parte proposuisse non alienum censui.

Id postremo, quæ uestra est humanitas, lectores modestissimi (hoc enim opus, qualecunq; est, prudentibus, non uulgaribus legendum præbeo) uos rogatos esse uelim, ut quemadmodum in grauiori ueritatis periculo uersor, hæc enim, quæ tempus solum pate facit quiuis uel nulla ratione ductus reprehenderet, id ne mihi uitio tribuatis, quippe qui non mirandum sit, si, cum errare omnibus sit commune, quod alij in ijs, quæ sensui, ac intellectui sunt præsto, sepius errant, in illis ego, quæ omnino á sensu, et ab intellectu sunt remotissima, aberrauerim. Præterea in bonam partem dicta accipientes sanctius iu dicetis, si uidelicet, quæ mala ab astris portendebantur, non euenerint, non me qui falsa dixerim, accusandum esse, sed potius Dei Optimi Maximi, qui huiusmodi mala pro sua erga nos clementia auerterit, aliterq; commutarit, id bonitati tribuatis. Sit glo. Deo

CVM mecum cogito humanissime lector, tum quanta sit prouincia mihi suscepta, uidelicet singularum Aeris mutationum prædictio, cuius quidem iudicium præterquam quod est singularium rerum, á quarum propter earum uarietatem, atq; inconstantiam, prædictione Mathematicus, qui uniuersalia considerat, non modo abstinere debet, uerum ipsi tanquam sacræ Matheseos crimen sit interdictum, est inquam adeo multiplex, ita compositum, ut in ea errare omnium facillimum esse quisque fateretur. tum uerò quam alacri animo, quibus plerunq; nihil est facilius, quàm reprehendere, rerum difficultati minime parcentes mordeant, alienisq; laboribus maledicant, mecum dubito, an legi in scientia acceptæ potius obtemperem, an uestræ aliquorum uoluntati, ac desiderio, quod sæpius id tantum esse noui, ut scilicet ex huiusmodi prædictionis genere de nobis periculum faciatis, satisfaciam. Veruntamen utriq; partis satis facere decreui uos id monens, ne iniustus, ac legum transgressor haberer, quæ in uniuersum de Temporum mutationibus Dei implorato fauore prædixero, in parte deinceps sigillatimq; quasi ex coniectura, non autem scientia esse relaturum. Vos præterea, quæ uestra est humanitas, hæc duo apud uos de singulis aeris mutationibus animo accepta habeatis uelim, quod uidelicet tum pro locis, ac regionibus, tum pro subiecta materia multum uariantur. quandoq; enim apud nos nulla aeris mutatio, quæ in alijs regionibus fuerit maxima percipietur. Quod autem ex parte materiæ á paucis animaduersum ita uarium est, ac comprehensu difficile, ut sæpenumero Mathematicus iure titubet, nec si errauerit mirandum sit. Ea etenim in hac parte non est quidem Aer, sed potius Vapor ipse in aere, quippe qui eorum omnium est receptaculum, quæ á terra, aquisq; euaporant halant, aspirant, sursumq; subleuantur, detentus, quem terra ipsa quasi nutricula aut si bi insitum, aut extrinsecus acceptum utero suo fouens Solis radiis calefacta assidua uicissitudine remittit, quem rursus ab aere ipso remissum, atq; á Sole, Stellisq; discussum, moxq; dissolutum recipit, ultro citroq; nunc illum exorbens, nunc contra euomens alter nis his uicibus assidue utitur. Ex cuius uaporis, halitus ue quantitate, ac qualitate quan ta profecto contingat uarietas, cuiq; naturalia perquirenti notissimum esset, quandoq; enim multus, quandoq; paucus, uel ferme nullus, quandoq; sicus, quandoq; humidus, uel simplex, uel mixtus, quandoq; quiescens, quandoq; uero á uarijs cœlestium actionibus

aggitatus,

uariari unusquisque deprehenderet, ut scilicet aliquando, cum materia sit parata, exacte appareant, idq; multifariam ex ipsius materiæ constitutione, ac maiori, uel minori copia accidit, nam si pauca, sero, uel uix nobis apparerent, et si multa, ac collecta esset, citius quidem, ac multo magis perciperentur. uel si fuerit cum igneo halitu permixta, fulgura, tonitrua, ac fulmina, si uerò simplex uapor humidus extiterit, pluuia multa ex natura temporis efficeretur, quandoq; etiam, cum nulla, uel pauca admodum sit materia, effectus nullus à propria cœlestiũ commotione apparebit, qui alias maximus extitisset. Verum enimero ego huiusce rei conscius ex mente Ptolemæi, cæterorumq; prudentum cœlestium actiones ad aerem multifariam singulis temporibus, atq; diebus alterandum aptas, ea quidem lege haud secus, ac materia parata iaceret (de qua fateor in uniuersum profecto, quæ nam, qualisue sit futura, ex tẽporis natura prædiceremus, sed in parte hac uel illa die prænosse, uel fieri non potest, uel saltem omnium difficillimũ esset) cum sint euenturæ, pro uiribus exponam. Vos uerò statutis diebus inspecta materia, quanta, qualisue sit, quod dictum est, euenturum sit nec ne, an sparsim, uel in peculiari loco, an citius, uel sero magis facile diiudicaretis. Adiunxi præterea, ut tum Medicorum, tum ægrotantium, quorum propediem, si Deus optimus, maximus dederit, mihi præcipua, ac maxima ratio est habenda, necessitati subuenirem, Pharmaciæ, et Phlebotomiæ exercendæ occasiones, quas ὀξέιας Hyppocrates, δυσλυπτους uero Galenus non temere nuncuparunt. Hisce quoq; Crisium euenta addidi, quæ si quis morbi principium apprime obseruauerit, diesq; criticos tenuerit, qualia sint futura in genere nam in parte plura, quæ breuitatis gratia prætermitto, in hoc negotio sunt animaduertenda, recte ut plurimum iudicarit. Deinceps quod ad agricolas spectat, seminum iactus, arborum ac uinearum cultus maxime opportunos prætermittere nolui. Hæc itaq; sunt, quæ nobis æquo animo, ut spero, accepturis prædicenda decreui. Nunc uero uestræ erunt partes lectores honestissimi non modo me ipsum non accusare, uerum apud reliquos meas partes suscipere. Valete. Deusq; max. nobis, ac mihi semper sit propitius.

De Aeris mutationibus.

Qvandoquidem est duplex de Aeris mutationibus iudicandi uia, altera uniuersa magis, qua scilicet de quatuor Anni temporibus, quæ eadem in tres partes singula sunt distributa, à Solis ingressu in singula duodecim signa cœlestia iudicamus, altera uero in parte magis, quæ uidelicet à Lunæ in Zodiaco menstrua profectione, & eius partibus est accepta, Vtranq; percurrentes, eam quæ à Solis motu generatur, nobis primam assumemus. Et hæc duo pro quauis anni parte proponemus. Quando scilicet ex Astronomorum more initium sumptura sit. Et quæ aeris qualitas ex Astrorum facultate in ea anni parte futura portendi uideatur. quo uidelicet hominibus, qui huiusmodi rerum ordinem scire appetunt, quippequi maximam Dei nobis prouideniiam præ se ferat, qua uidelicet singulis temporis momentis per astrorum motus hæc omnia reguntur, atq; gubernantur, siue quæ sunt consueta fieri concedantur, siue ex eius uoluntate noua inducantur, Et rei medicæ, ad quam plurimum ex Hippocratis autoritate in libello de Aere & aquis, hæc prænouisse conferre uidetur, quantum in nobis est, ex aliqua parte Dei ope sit satisfactum.

Hyemis itaq; pars prima à Solis ingressu in primum Capricorni punctum, die uidelicet Martis 11. Decemb. Hora nocturna 0. Min. 47. huius anni, quem nunc agimus, initium sumet. altius enim ne per fragmenta ratio fieret, exordiri conueniens esse iudicaui.

Aer

Aer ad frigidum, et humidum iam mutatur. quod autē ex trigona Iouis ad Venerem, Sat. q; ad Solem radiatione percipi potest, licet frigidus sit futurus & sæpius turbatus, nihilominus ex aliqua parte mitior apparebit, salubris, in multisq; purus, ac serenus erit. ex Martisq; ad Mercuriū in signis uentos generantibus diametra radiatione, Venti frequentes, nec insuaues, & aliqui inter se oppositi, qui potius Vulturnus, & Argestes, siue Chorus essent, mane flaturi significantur. die 17. & 18. & inferius item à 24. ad 28. aer alteratus fiet, & pluuias, uel niuem fieri facile uideretur. Ab alterius autem anni principio ad sæuitiam aliquam intenditur, Aer enim humidus glacialis, & ad pluuiam, niuemq; facilior efficietur.

Hyemis medium à Solis ingressu in primum Aquarij punctum erit die Mercurij 9. Ianuarij hora 10. min. 30. Aer autem, quod ex quatuor cœli cardinibus, & planetis in signis frigidis, & aqueis positis coniici potest, frigidior appareret. ueruntamen bonæ planetarum radiationes aliquanto temperatiorem efficient, humidior quidem erit, & ad pluuias facilior in prima medietate, in altera autem temperatior, & siccior, eundemq; mane, & uesperi nebulosum futurum crederem.

Hyemis extremum à Solis ingressu in primum Piscium punctum erit die Veneris 8. Februarij. hora 22. min. 44. Aer ipse ex Saturni in ascendente positione, & tetragona Martis ad Mercurium radiatione, a principio quidem frigidus erit, uentiq; nubes cœlo disperdentes nubilosum, et pluuiosum cū facturi uidentur. Exinde uero propter Mercurij Combustionem aeris humidum calescet, atq; inde turbulentus, densusq; potius mane, & uesperi apparebit, simulq; uentos aliquos australes fieri facile erit.

Veris princip. à Solis ingressu in primum Arietis punctum, erit die Solis 10. Martij hora noct. 0 min. 30. Atq; ibi Aequinoctium uernum. Aer quidem ex solis in signum suæ exaltationis ingressu, quamuis in prima cœli constitutione, cuius dominium sortitus est, debilis, & cadens sit, nihilominus temperatior fiet. Ex diametra uero solis ad Iouem radiatione uenti, qui partim nubes cœlo inuehant, partimq; expellant, fieri crederentur. humidus etiam ex Mercurij in aqueo signo positione potius existimandus uidetur. Ex infaustisq; planetarum radiationibus insalubris, rheumata generans indicatur, ultra autem medium ex fausta beneficarum stellarum radiatione melior, siccior, atq; calidior apparebit.

Veris medium à Solis ingressu in primum Tauri minutum erit die Mercurij 10. Aprilis hora 16. m. 0 Aer ipse in prima medietate melior, ulterius autem impurus fiet, qui idem in altera medietate ex Mercurij combustione in signo, tum in Anni principio, tum in ecclipsi Lunæ damnato densatus inflammatur, atq; aliquam frugibus, & animantium uitæ noxiam qualitatem ne acquirat, uerendum eßet.

Veris extremum à Solis ingressu in primum Geminorum punctum erit die Saturni 11. Maij hora 21. min. 0. Aer ex uariis planetarum radiationibus uarius significari uidetur. Veruntamen ex Veneris combustione, Martisq; in Leonem ingreßu super temperatum calidus ualde fiet, & aliquos malos effectus Veneris combustio, moxq; cum è radiis solis egreditur à Sat. infausta radiatione in signo iam damnato impedita generaret.

Aestatis principium a Solis ingressu in primum Cancri punctum erit die Martis 11. Iunij hora 8. min. 15. Atq; ibi solstitium æstiuum, a principio ex tetragona Solis ad Iouem radiatione aliqui uentorum flatus suaues, aerem depurantes significari uiderentur. Sed iuxta medium ex Mercurij combustione, Saturniq; ac Martis coniunctione in Leone calores uehementes, diuturni non leuiter & homines, & terræ fructus lædentes signi-

ficari existimantur, in reliqueis autem aer bonus. sed procellæ, et tempestates cum uentis, fulguribus, tonitruisq; hac æstate frequentes, quod Deus auertat, futuræ uidentur.

Aestatis medium à Solis ingressu in primum leonis punctum erit die Saturni xiij. Iul. hora 23. min. 20. Quoniam sol ipse dominator in propria domo constitutus est, quæ paulo ante Martis radiis fuerat calefacta, iam uero denuo solis radijs superaccenditur, simulq; caniculæ, moxq; alterius maioris canis ortus uehementissimos calores, maioresq; quam consueuerint, ingentesq; siccitates efficere putantur.

Aestatis extremum a Solis ingressu in primum Virginis punctum erit die Martis 13 Augusti, hora nocturna 6. min. 10. Iam uero, præterquamquod Sol in id signum, quod mox Martis radijs fuerat ignitum, & adhuc Saturni radiis magis exiccatur, ingreditur, tres inquam planetarum uariæ in prima medietate coniunctiones paruo admodum temporis interuallo distantes, altera Solis, & Mercurij eodem fere die, altera Saturni, & Mercurij, tertia solis, & Saturni luminum coniunctio in eodem terreo signo Aerem omnino inflammabunt, & siccitates maximas generabunt. Timendumq; omnino uidetur, ne hoc mense, uel quid inferius propter halitus in terræ uisceribus á uehementi siccitate obstructos terræmotus, uel uenti rapidissimi fiant. Adhuc tres aliæ planetarum coniunctiones in secunda medietate, altera Iouis & Martis, altera Iouis, & Mercurij, tertia Martis, et Mercurij in Libra, præter multas eorundem cú stellis fixis coniunctiones aerem profecto, atq; elementa multum alterare existimantur. Tamen id, quod Deus uoluerit, eueniet, ipse enim hæc omnia assidua prouidentia moderatur.

Autumni principium à Solis ingressu in primum libræ punctum erit die Veneris 8. Septembris, hora 0. Min. 34. Ibiq; Aequinoctium autumnale. Aer quidem iam mobilis fit, atq; mutatur. Ac primo ex quinq; planetarum in libra, quæ in annuæ conuersionis principio ascendens fuerat, nunc uero est in terminis sextæ domus, simulq, ex Veneris totius anni conuersionis dominatricis in secunda medietate cum Saturni malefica stella, coniunctione, ac Iouis beneficæ stellæ combustione, aer á stellis, quæ elementa mouent, ad eam malam qualitatem, quæ hominum, & aliorum animalium uitæ sit perniciosa immutandus uideretur. Cœlum rubebit, atq; ut à ueteribus astrorum cognitionis eruditissimis traditum reperio, in aere, ut aiunt, damnatio ex huiuscemodi tanto stellarum in Libra concursu significatur. Quocirca nostræ erunt partes ad Deum optimum, maximum, cuius proprium est semper pro eius erga nos benignitate m sereri, mentem attollere, eumq; toto animo colere, uenerari, atq; precari, ut eius Maiestati á nobis, si quæ malorú genera ab astris portendútur, pro eius miseratione, auertere placeat.

Autumni medium à Solis ingressu in primum Scorpionis punctum erit die Solis 8. Octobris. hora nocturna 5. min. 58. Quandoquidem ipso ingressus tempore planetæ quatuor in eodem aqueo signo sunt collocati, cum ibidem & caput Draconis situm esset, multæ quidem, & uehementes pluuiæ, quæ inundationes aliquas maxime ubi Scorpius dominatur faciant, futuræ uidentur.

Autumni extremum à Solis ingressu in primum Sagittarij punctum erit die Martis 12. Nouembris hora 23. Min. 10. Aer ex Veneris, & Mercurij in aqueo signo positione humidior, & ad pluuiam facilis potius à principio uideretur. nihilominus Solis, ac Martis in igneo signo coniunctio siccitates cú aliquo calore téperatas effectura putatur.

Hyemis principium á Solis ingressu in primum Capricorni punctum erit die Mercurij 11. Decembris hora nocturna 8. min. 9. atq; ibi Solstitium hybernum Aer mutatur,

humidum

humidum penitus discutitur, & temperate frigidus erit, eundemq; siccum, atq; serenum, salubrem, & purum, quæ eædem cæli stellæ pluuiosum, insalubrem, & turbatum fecerant, hoc tempore pollicentur.

De Aeris mutationibus Pars altera.

Antequam ad alteram de Aeris mut. indicandi uiam, quæ in parte, transeam. Decreui sententiam cuiusdam uiri in Astronomia clarißimi, quamuis ego illi penitus non acquiescam, cum tamen quibusdam placere uideatur, in medium afferre. Quod uidelicet cum Ianuarij calendæ die martis fuerint, sicuti hoc anno sunt futuræ. Hyems magna erit, nix, et pluuiæ multæ, uer et autumnus humidus, æstas sicca, Frumentum carum, pecorum interitus, mel multum, ligna cara, incendia multa, pestilentia nimia, legumina bona, fructus arborum peribunt, olei copia multa, & uindemia mala. Romani in aliquo lucrabuntur, mulieres morientur, & Reges. Atq; hæc ille.

A prima igitur Ianuarij die, licet Solis, ac Mercurij coniunctio in Capricorno siccitatem aliquam præferret, nihilominus, quoniam Venus domina cæli constitutionis in aqueo signo posita est, Saturnusq;, ac Venus in angulis opponuntur, præter Lunæ testimonium, quæ Saturni, ac Veneris quadratos recipiens radios Marti in aereo signo quadraturæ dominatori iungitur, uenti frigidißimi à Septentrione flaturi indicarentur. aerq; frigidus omnino, & niuosus, siue pluuiosus fieri uideretur. die 5.6. quoniam Luna Mercurio, qui in angulo septentrionis locatus est in aqueo signo, opponitur, frigidus, glacialis, & uarius eßet, die 8. & 9. quoniam eadem iungitur Saturno, opponitur Veneri in aqueo signo sitæ, & tendit ad quadratum Martis in puteo lapsa, aer frigidus admodum, & niuosus duplexq. portarum apertio futura putatur. die autem 10. & 11. aer mitior fiet, die. 12. & 13. & infra ex aspectu Martis quadrato ad Venerem portarum apertio magna futura creditur. 17.18.19. mitior, ac serenus fieret.

Nouilunium Primum. D. 21. Ian.

Nouilunium primum suauius, & mitius fiet. à principio tamen aer frigidior, & ad pluuiam facilior usq; ad 25. & 26. inde autem, quoniam Saturnus, Venusq; in signum igneum, gradientur siccitas, atq; serenitas fieret. tamen die 29. & 30. uel infra aeris aliquam commotionem, & uentos potius ualidos à septentrione futuros crederem. die 3. 4. Februarij, quid ue infra frigora, uentorum flatus, & nubes, ac pluuiæ fierent. die 9. uel & infra ex Saturni, ac Solis oppositione, Martisq; testimonio, qui quadrato aspectu Mercurio iungitur, & Lunæ in aqueum signum ingreßu portarum apertio, & frigora ante, & post aliquot diebus futura dicuntur.

Nouilunium Secundum. D. 19. Feb.

Nouilunium secundum temperatius fiet, & mane aliquid uentosum, in meridie uarium. utiq; Mercurij combustio in aqueo signo aerem spißum, humidúq; effectura creditur. & à principio ad pluuiam facilior. die 25. 26. & infra turb. & uenti ab occidente ualidi flabunt. die 3. 4. Martii aer ex uentis., nubib., & pluuia turbandus putatur. Item die 8. uel 9. & infra ex aspectu Solis ad Martem quadrato, Lunæq; in aqueum signum ingressu Ventios, & nubes aliquam pluuiam ferentes fieri credendum uidetur. die 12, & 13. ex Solis, & Iouis in aereo signo diametra radiatione uentorum flatus suaues pluuias, & nubes expellentes significantur. tamen die 18. & 19. quoniam Luna iuncta Mercurio in aqueo signo, Iupiterq; quadratos ad Martem radios proijcit, aeris turbatio, uenti, & pluuia facile fierent.

Nouilunium Tertium. D. 21. Mar.

Nouilunium tertium ex malo aspectu Saturni ad Venerem non salubre futurum dubito. Venus enim dominatrix in supremo cœli cardine in terreo, ac morboso signo posita, Mercurius q, in aqueo aerem omnino spissum nebulosum, densisq; uaporibus constipatum, atq; humidum facere crederentur. Et quoniam Sol cadit ab angulo quid frigid. apparebit. adhuc Venus ipsa in anni conuersione male affecta, simulq; hoc tempore à Saturni radijs infaustis uexata cum cauda Draconis graues calamitates, quas significauit, in mulierum sexu præsertim iam manifestabit. Caueant homines, quibus Cancer ascendit, uel climatericus est, quoniam graues in pectore ægritudines, sicuti sanguinis sputa, pleuritides, peripneumonias ue forsan, sustinebunt. Aer quidem à principio turbandus crederetur ex tetragona Saturni ad Venerem radiatione, & nubes cœlo densæ nigræq; dispergerentur. die 26. 27. ad pluuiam faciiis 29. 30. & inferius erit aliqua aeris mutatio, quæ post aliquam turbationem fiat ad siccius. Et die 1. uel 2. Aprilis ex Iouis ad Mercurium diametra radiatione uenti à meridie potius agendi uiderentur, & 5. & 6. aut quid inferius pluuiosus esset, deinceps q; melior, ac serenus erit, die 13. 14. aut infra ad pluuiam facilis creditur.

Nouilunium Quartum. D. 19. Apr.

Nouilunium quartum ex Lunæ cum Sole, & Mercurio in Tauro coniunctione, atq; Mercurij ibidem futura combustione spissum, ac densum futurum creditur. die 24. & 26 aer ualde turbandus iudicatur. die 2. & 3. Maij quid ue infra aer pluuiosus fieret, postea autem ex Veneris, & Mercurij in signo aereo coniunctione aura suauis. sed die 7. uel inferius ex tetragona Solis ad Saturnum radiatione pluuias, grandinesq; & dies aliquot frigidos fieri putandum creditur. die 10. 11. 12. ad pluuiam facilis.

Nouilunium Quintum. D. 19. Mai.

Nouilunium quintũ ex Veneris retrogadæ in eodem morboso signo positione, simulq; Saturni infausta radiatione non laudandum uidetur. calidior quidem erit aer, & a die 21 ad 24. de aliqua aeris cum fulguribus, & tonitruis tempestate timendum est. item die 30 uel 31. aer tẽpestuosus 6. 7. 8. Iun. ad pluuiam facilis erit. 14. 15. uentorum turbines.

Nouilunium Sextum. D. 17. Iun.

Nouilunium Sextum, quoniam idem ferè omnino est cum Anni conuersione, & Venus in octaua cœli parte cum cauda Draconis ibidem à Saturni radiis rursus impedita calamitates, quas in mulieribus significarat, innouare crederetur. deinceps propter Lunæ cum ambabus maleficis stellis eodem ferè tempore frequentes coniunctiones, tempestates multæ, ac horrendæ, quæ fruges & arborum fructus lædant, fieri putantur. & die 20. uel 21. ne aliqua huiusmodi fiat uerendum uidetur, à die 27. & infra propter Saturni, & Martis coniunctionem grandinem, fulmina ac tonitrua futura traditum est. 4. 5. uel 6. Iulij aeris turbatio ex pluuia, et uentis rapidissimis fieret 12. 13. de uentis etiam ualidis est timendum.

Nouilunium Septimum. D. 16. Iul.

Nouilunium septimum ex aeris puritate laudandum uidetur. Ventiq; uehementes sæpius fient. æstusq; maximi erunt. Sol, & Luna in sexta in Leone coniuncti ardentes febres, ac uentriculi morsus nimios, & in nobilioribus generaturi iudicantur. Ab occidente uaria calamitatum genera, & locustæ forsan per uentos uehementes, qui inde flaturi uidentur, adducentur. die 18. uel 19. luna in angulo occidentis in alato signo, Saturno, & Marti iungenda Ventos inde rapidissimos, et aeris perturbationem excitabit. 24. 25.

26. aer

26. aer agitatur 2. 3. Augusti uel supra ad pluuiam, & uentorum flatus ualidos facilis. 9. 10. aer quoq; commouendus existimatur.

Nouilunium Octauum. D. 14. Aug.

Nouilunium octauũ omnino aliquam magnam alteratione in aere, & aquis uidetur præ se ferre, Planetæ enim quinq; eodem fere temporis interuallo in Virgine sunt coniuncti, & Luna ipsa sub terra Soli, Mercurio, & Saturno eodem fere temporis momento, moxq; marti iungitur, quo eodem tempore & Mercurius ipse comburitur. siccitates quidem maximæ portenduntur, & quod ab astrorum disciplinæ peritissimis colligo omnino de terræmotu uerendum est, & potissimum ubi Virginis trigonus dominatur. 20. 21. aut infra in mari aliqua & magna fieret perturbatio. die 28. 29. 30. uel inferius ad pluuiam facilis esset. de 1. uel 2. Septembris Iouis, ac Martis in aereo signo coniunctio aeris non leue perturbationem cum ualido uentorum flatu generaret. Quod autem ex hac duorum planetarum coniunctione, si recte sit tradita, colligitur, quoniã in octaua in libra. s. sunt iuncti dũ Sol, et Saturnus in eadem essent collocati Aer spissus inflammatus cum uentis a meridie mixtus, ac nubes inde ascendentes, quæ uiuentia lædant, ut ueteres obseruarunt, generantur. Aerq; die 5, 6. uel inf. & 11. magis partim ex pluuia, partim ex uentis alterandus crederetur.

Nouilunium Nonum. D. 13. Sept.

Nouilunium nonum, quoniam quinq, planetæ in libra, cuius dominatrix stella Saturno paulo post iungenda est, sunt coniuncti, adhuc quod maius est in oct. Cæli parte cum & Luna ipsa omnibus sex planetis continuitate quadam breui temporis interuallo esset iungenda, rubebit, & turbulentũ erit, magnamq; in aere, & hominum uita alterationem præ se ferre uidetur. Id tamen Dei miserentis immensa benignitate in melius mutatum iri sperandum, atq; orandum est. Aer iuxta nouilunij principium. 17. 18. turb. & ad pluuiam facilis erit. 23. usq: ad 27. alteratus ad pluuiam. item 8. 9. & infrà ad pluuias uehementes, & diuturnas præparatus fiet.

Nouilunium Decimum. D. 12. Octo.

Nouilunium decimum erit pluuiosum. Luna .n. à principio Marti, & Mercurio in aqueo signo cum capite draconis pluuias multas presertim in prima medietate, ni Mercurij combustio impediat, efficere crederetur, quod die 22. 23. et inferius propter multas lunæ ad stellas erraticas diametras radiationes magis manifestandum creditur. Sed à die 5. uel 6. Nouemb. bona aeris ex Iouis, & Veneris coniunctione mutatio fieret, atq; serenitas, tamen die 9. & inferius ad pluuiam paratur.

Nouilunium undecimum. D. 11. Nou.

Nouilunium undecimum propter quatuor planetarum coniunctionem cum capite draconis in aqueo signo in cardine abyssi, ingentes quidem pluuias, et frequentes, quæ aliquas, ubi Scorpij trigonus dominatur, inundationes facile faciant à principio potius, habiturum crederetur, ni Mars impediat, qui idem in signo calido, & sicco positus uentos plures meridianos generandos præparat, qui ad mensis extremum ex Saturni, & Martis quadrata radiatione magis manifestentur. ex inde autem ad siccitatem, & serenitatem atq; aliquam non in suauem temperiem aer commutatur.

Nouilunium duodecimum die 11. Dec.

Nouilunium duodecimum, quoniã quinq; planetæ in signo quod calidum, & siccum est sunt coniuncti, fiet siccum, serenum, & salubre, resq; in melius iam Dei benignitate terminantur.

Hac

Hæc à nobis ad Dei gloriam, cuius immensæ potestati cœlestes Intelligentiæ, quæ per uim quandam à Deo stellis illis lumine splendentibus insitam, nobisq; in aliqua parte ab altissimo Deo manifestatam, ministrantes hæc inferiora alterant, immutantq; in uniuersum, & in parte, de temporum mutationibus sint dicta.

De Pharmacia.

De Medicinis laxatiuis, ijs uidelicet, quæ pestilentes sordes, ac noxios humores aluo subducant, quando quouis anni, ac præsertim frigidiori tempore, ut ab Hippocrate monitum est, Aestate per superiora, hyeme per inferiora purgandum, exhibitæ sint operosæ magis, uel naturæ faciles, ac tutæ sigillatim pertractabo, ac de ijs tantum si etenim & de reliqueis agerem, quæ plura Ars medica præstat auxilia, quando naturæ nostræ, ac propriis corporis membris, in quo tales actiones, & passiones generari conspiciuntur, quales cœlum ipsum, ac stellæ moliuntur, sint magis opportuna, uolumen conficerem. Iam uero solertem Medicum, ni maiora cogant pericula hos anni dies expectare oportet, quo scilicet his cœlestium auxilijs additis maiores uires propriis educendis humoribus ipsa potio capiat.

IAN. *4.chol.opt.5.mel.opt.13.14.chol.opt.24.chol optima.*

FEBR. *1.2.chol.& mel.opt.8.med.9.phl.opt.10.communis 17.mel.18. chol. phl. optima 28.chol.& phl.optima.*

MAR. *1.phl.opt.7.8.med.9.med.11.phl.mel.opt.15.chol. 16.phl. 17. mel. optima. 18.med.19.20.chol.opt.28.chol. & mel.optima.*

APR. *5.med.7.mel.opt.13.chol.opt.15.med.23.phl.opt.24.mel.opt.30. chol. opt.*

MAI. *2.med.10.chol.12.13.med.14.phl.& mel.hor 3.ãte meridie 21.med.22. chol. mel.opt.28.phl.opt.29.mediocris.*

IVN. *6.chol.mel.opt.7.8.phl.9.med.10.chol.opt.18. 19. chol. & mel. optima 25. med.26.phlegmaticis optima.*

IVL. *3.mel.4.chol.opt.6.med.7.phl.opt.15.med.16.med.21.phl.opt.22.chol. opt. 23.24.mediocris.*

AVG. *11.chol.opt.12.med.18.med.19.phl.opt.20.med.21.chol. opt. 27. mel. opt. 28.med.31.cholericis optima.*

SEPT. *8.phl.optima 9.mel.opt.15.chol.opt.16.17.med.18.phl.opt.23.phl.opt.24. mel.opt.25.med.27.med.*

OCTOB. *4.med.5.chol.opt.11.med.14.med.15.chol.opt.22.mel. opt. 23. phl. opt. 24.mediocris.*

NOVEMB. *1.phl.opt.2.med.7.8.med.9. chol. opt. 10. med. 17. med. 18. 19. mel. opt.20.chol.opt.21.med.28.29.chol.& melancholicis optima.*

DECEMB. *4.chol.opt.5.6.phl.7.8.med.9.15.chol.opt.16.phl.mel.opt.27.med.*

De Phlebotomia.

Iam uero reliquum est, de sanguinis missione, cum sit opportuna, ac tuta magis pertractemus. in qua exercenda Medicum ipsum, nisi necessitate sit astrictus, sicut in peracutis morbis, in quibus auxilio propter morbi acumen celerimo opus est, hos præcipuos dies, quos ex astrorum scientia fidelissime accepimus, quo huiusmodi euacuationis euentũ felicem admodũ, atq; ex uoto consequatur, eligere oportet.

IAN. *4. chol.opt.10.sang.& omnibus opt. 11. mel.opt.14.chol. med. 17.phl.med. 18.sang. med.19.sanguineis. opt.24. chol. opt. 25. phlegmaticis med. 26.27. phl. med.*

FEBR. *1. 2. chol.opt. 6. sang.med.7. mel.opt.8.mel.med.10.chol. med. 14. phlegmaticis*

gmaticis sang.med.15.16.sang.opt.17.mel. med.21. chol. ante mediem med. 22. pheg. med.23.pheg.opt.24.sang.med.28.chol.optima.

MAR. 1. chol.med.4.sang.opt.6.post meridiem melanchol. opt.7.mel. med.11. 12. phl.med.15.sang.opt.16.17.mel.opt.19.20.choler. opt. 22. phl. med.23.sang. med.28. choler.opt.31.med.

APR. 1.sang.med.2.mel.opt.5.col.med.8.phleg.med.9.phleg.opt.11. sang. med. 12.opt.13.mel.opt.16.col.med.17.phl.med.23.chol.post meridiem optima 28. sang.opt. 29.omnibus opt.30.mel. optima.

MAII 5.phleg.med.6.phlegm.med.9.sang.opt.10.mel.med.13.chol.med.14.chol. opt.15.phleg.med.21.chol.med.22.chol.opt.26.sang.& omnibus optima 27.melancho. med.28. mel. med.

IVN. 1.phlegmaticis med.3.phlegmaticis med.5.sang. opt. 9. chol. med. 10. chol. opt.11.12.phl.med.13.sang.opt.18.chol.opt.22.sang.opt.23.omnibus opt.26. chol. med. 28.phlegmaticis mediocris.

IVL. 3.mel. opt. 4. med. 6. 7. cholericis mediocris .8. 9. phl.med.15.chol.med.20. sang.opt.21.mel.opt.22.med.27. phleg. med. 28. 29. sang. med.30. sang. optima.

AVG. 4. cholericis med.5. phlegmaticis opt. 6. phlegmaticis opt. 11. cholericis. 12.chol med.17.mel.opt.18.mel.med.21.chol.med.25.26.sang.med.27.mel.opt.28.med 31.chol.opt.

SEPT. 3.med.7.chol.med.12.med.14.mel.opt.16.chol.med.19.phleg.op..20. phl. opt.23.mel.opt.24.mel.opt.25.mel.mediocris.

OCT. 4.chol.med.post mer.10.med.11.12. mel. opt. 17. phlegmaticis opt. 18. sanguin. opt. 19.med.20. sanguin. opt.22. melancholicis opt.23.24.chol.med.25.26. phl. med. 29. mediocris.

NOV. 1.chol.opt.2.chol.med.6.sang.med.7.8.mel.opt. 9. mel. med. 13. phl. opt. 14.phl.ante merid.inde sang.med.15.16.sang.med.17.mel.med.18.19.mel.opt.21.chol. opt. 22. 23. phl.med.28.29.cholericis optima.

DEC. 5.mel.med.6.mel.opt.9.phl.opt.12.13.sang.med.14.15.16.mel.opt.20. phl. optima 27.cholericis mediocris.

De Crisium euentis.

Nunc uero, quando potissimum in propriis morbis, in quibus uidelicet materia facile mobilis, bona crisis expectetur, de mala enim, quando uidelicet ægrotantes in peius ruant, agere in præsenti non est mihi propositum, uel quod saltem melius se habeant, sit sperandum, paucis expediam. Atq; id nō tantū ea die, sed quid supra, uel infra perinde ut natura hæcce ad recipiendum disposita melius esset, est intelligendum. Veruntamen ut, quod in hac re animo consequi licet, absolute dicam. Quoniam ex duabus illis beneficis stellis, quæ bonum naturæ nostræ tribuunt, altera sæpius est à malefica stella Saturni afflictata, altera uero impotens, ac sæpius retrograda, non ueras, nec legitimas crises in prima Anni medietate futuras crederem, plures etenim in ea morbi naturæ rebelles, qui in quartanas trāseant, fieri credūtur, nisi dū Iouis stel. directa fuerit, nimirum à solstitio æstiuo, tunc enim ueræ, et optimæ crises, quibus homines integrę liberentur, manifestandæ existimantur. Insigniores tamen dies singulis anni mensibus, quibus licet non fiant crises, melius tamen, ni quæ præcesserint, grauius afflixerint, quod nouisse hoc opus, hic labor est, se habeant ægrotantes faciliusq; euadant Deo opem ferente exponām.

IAN

IAN. 3.4.bona 5.6.med.10.11.opt.13.14.med.17. usq; ad nouilunium, quod idem nō infaustum bona 24. usq; ad quadratum mediocris.

FEBR. 1.2. bona. 6.7. & usq; ad quadr. mediocris 13. usq; ad 18.bona..22.23.24. optima 27. post meridiem. 28. mediocris.

MAR. 1.2.med. 4.melior. 6. opt.7.8. med. 11. med. 14. usq; ad 17. opt. 19. med. 22.23.med. 24. quamuis aliquid uesperi affligantur, inde tamen Deo uolente melius quiescent 25.26.med.28.29.optima.

APR. 1.2.bona 5. med. 7. 8. 9. med. 11. 12. opt. 13. med. inde uarius status. 21. opt.22.23.24.med.27.med.inde usq; ad mensis extremum optima.

MAI. 4.5.6.med.9.10.bona 14.15.bon.17.med. 18. mixta 22.pars bona 26.opt.et inde usq; ad 29. med.

IVN. 5.opt.& uere critica per sudorem,& urinas.6.med.9.10.med.11.12.med.13 optima per urinas 14.mixta.15.16.med.18.19.critica.per sud.& urinas.21.22.med.23. critica per sud. & urinas.25.crit. per uomitus,& fluxū sang.26.med.30.crit.per flux.

IVL. 2.3.critica per sudores, & urinas 4.med.8.critica per urinas 10. critica per fluxum uel supr. uel inf. 13. critica per urinas 14. per uomitum 16.17.med. 20. usq; ad 23.optima critica per sudores, & urinas, uel fluxum sang. 29. 30. critica per fluxum sanguinis uel sudores.

AVG. 5.critica per sputa 6. per fluxum alui, & urinas. 9 per sudores med. 11. 12. 13.suauiter critica 16.med.17.optima per sudores & inde bona usq; ad quadr. 27. critica optima tum per sang. fluxum, tum per sudores. 31. per urinas mediocris.

SEP. 3. per fluxum, alui, & sputa 5.noct.bona per 3.crisium genera.8.9.10.critica optima per sudores, urinas, & sang. fluxum, uel uomitus. 14.diurna bona per sudores 19.20.crit per sud.& urin.23. 24. 25. per plura genera crit. 30. per flux.alui, & urin.

OCT. 3.4.opt.per sudores, & fluxum 5.med.7. 8. bona per uaria crisium genera 10. per urinas 11. 12. uersus meridiem per sudores optima 15. per urinas laudabilis 17. 18.19.20.med.22.bona 24. med 31.melior.

NOV. 1. uaria 3.4.med.6.7.bona 8. 9.opt.10.med. 13. usq; ad Quadr. bona 20.alterata 22.med.28.29.optima 30.mediocris.

DEC. 1.med.3.med.5.6.optima.7.8.med.9.optima 11.usq; ad 16. bona eademq; 16. opt.& pars 17.20.bona.21.22.med.25.mixta 29. optima.

Verum id etiam te monitum esse uolo humanissime lector, ut scilicet hos insigniores dies, quos ex cœlestium disciplina, fidelissime delegimus, non solum ægrotantibus faustos, quibusq; qui ægrotauerint curatu faciliores credantur, habeas, sed etiam quod uis, cuius euentum prosperum desideres, Dei gratiæ auxilio in primis inuocato inchoare faustum esse, ut à prudentioribus traditum est, existimes.

De seminum iactu, arborum, & uinearum cultu.

Febr.1.2.opt.6.7.8.opt.14.15.16.bona.23.opt.25.med.28. bona.

Mar.1.med.4.bona.6.7.8.opt.14.15.16.opt.23.med.28.opt.31.bona.

Apr.1.2.med.11.12.13.bona 23.24.med.29.30.optima.

Maius ex Sat. & aliorum plan.infaustis radiationibus non laud.nec bonus habetur.

Sept.3.4.opt.7.bonum.16.med.21.opt.23.24.25.bona 30. optima.

Octob.4.5.med.10.11.12.bona 18.19.opt.22.bona & 28.ante meridiem.

Nou.1.2.med.6.7.8.9.opt.14.15.16.opt.28.29.optima.

FINIS.